

Belilli Indicum cujus occasione in Tethyos mythologiam, Tethyorumque naturam inquiritur, illustratum / [Michael Friedrich Lochner].

Contributors

Lochner, Michael Friedrich, 1662-1720

Publication/Creation

[Nuremberg] : [M.G. Heine for W. Michahelles], [1717]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/hnqxeep4>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



33899/B

B E L I L L I
I N D I C V M

cujus occasione

in

T E T H Y O S

M Y T H O L O G I A M ,

T E T H Y O R V M Q V E

Naturam inquiritur ,

illustratum

a

M I C H A E L E F R I D E R I C O L O C H N E R O

A r c h i a t r . C a e s a r .

[1717]

VIRO
NOBILISSIMO EXCELLENTISSIMO QVE
Dn. JOANNI PHILIPPO
BREYNIO
Med. Doct.

ACADEMIAE CAROLINAE
IMPERIALIS NATVRAE
CVRIOSORVM

et
SOCIETATIS REGIAE ANGLI-
CANAE LONDIN. SOCIO CELE-
BERRIMO,

PHYSICO GEDANENSI EXPERTISSIMO
et pl.

D. D. D.

AUCTOR.



VIR

VIR EXCELENTISSIME.

Felicem illum diem semper praedico, qui singularis et propensae in me voluntatis Tuae significationem patefecit, et declaravit, quantum fructuum et voluptatum e naturalis historiae studio caperes, quod haereditario quasi jure ab immortalis gloriae Parente, latenter Naturae Mysta maximo, Tibi collatum, me quoque studiis prae aliis omnibus capit et rapit in admirationem. Affirmo Tibi hoc ex animo, ERUDITISSIME BREYNI, fessus cœnatis curis clinicis, nusquam recreandi animi bentius divertor quam ad Naturae absconditas gazas, quarum perlustrandarum me varietates valde cupiunt, valde amoenitates, non mente concipiendae tantum, sed in oculos incurentes, adeo illi quidem naturae lusus praecipue marini, alliciunt, ut non injuria collectas dicam in eo mari, in quo orta Gratiarum suavitatisque omnis parens Venus. Sed cum destituas omni in marina inquirendi occasione, solidi arenosi incola, longissime a salo remotus, Tibi, optime BREYNI, de marino hoc producendo diatribam inscribere constitui, qui licet non maris accola, vicinus tamen existis, et qui insuper per doctissimum in universam fere Europam literatam commercium, et omnisciæ

paene Societatis Anglicanae (quam nunquam sine devota veneratione nomino, et cuius Tu dignissimus Socius) omnia indicta aliis incognitaque pateant, benivole supplere velis illa, quae in dissertatiuncula hac mea, quod probe equidem tenuitati meae notum, deficiant. Quae nigrum Theta merebuntur in hac Tethyorum recensione, jugulabis rogo, et spongia induces hanc ab Italis dictam. Spongiam, quod Ajaci olim suo fecit Augustus. Nec taedium inde capies, si Tethyorum occasione in philologorum et antiquitatis abyssum delapsus, ad Historiam naturalem illustrandam quaedam inde retulerim. Hoc enim studii genus nos Medicos ab Empiricis et puris Clinics distinguit; et non sine ratione humaniores vocantur literae, non nisi ab inhumanis neglectae. Magni Meursii me querelis in hos studii liberalis osores non sine amarore effusis, expediam: Qui literarum, inquit, humanarum et antiquitatis studia rejicula censem, nae illi vacerae sunt et statuae caput habentes. De Apuleji prosapia videntur, i.e. inter Asinos praecipui: nam aureus ille fuit. Severiora equidem verba, vera tamen, quae eo fidentius profero, cum probe mihi constet, Tibi Musarum consortium curae quoque cordique esse. Quod superest, sancte hisce promitto, non ullo unquam tempore me commissurum, obsequium ut in me desiderare possis, in illis praesertim rebus, quae mutuae amicitiae ulterius firmandae usui esse possint. Vale et favere perge

TVO

M.F. Lochnero
Arch. Caesar.

Cap.

CAP. I.

Quae lepidissimus jocosae amoenitatis arbiter *Petronius*, de Romanorum detestanda ingluvie, qui mare, qui terras alieno sole calentes, per improbam satietatis lasciviam peragrunt, cecinit:

*Ales Phasiacis petita Colchis,
Atque Afræ volucres placent palato,
Quod non sunt faciles; at albus anser
Et pictis anas enovata penitus,
Plebejum sopit. Ultimis ab oris
Attractus scarus, atque arata syrtis
Si quid naufragio dedit, probatur.
Mullus jam gravis est: amica vincit
Uxorem: rosa cinnamum veretur.*

Quicquid quaeritur, optimum videtur.

Hoc de Medicina nostra pariter optimo jure scribere licet, dum Medicorum et aegrorum plurimi, medicamentis alieno sub sole tatis inhiant, maximeque expetitur id, quod

- - - remoto arcessitur orbe.

Scilicet quo ratiora, & cariora eo quoque chariora; cum tamen saepius illa, quae pedibus calcamus, cum exoticis pari passu ambulant, imo saepius illa superent. Optimus igitur labor illorum, qui indigenam medicinam, suae cuique regioni sufficientem, vindicant, earumque *autagiesiav* omnium exponunt oculis; quod de Gallia et Lotharingia sua probarunt Antonius Constantinus et Symphorianus Campegius; de Dania Bartholinus et Borrichius de Batavia Beverovicius, de Scotia Sibbaldus; de Helvetia Genserus et Scheuchzerus.

Horum omnium studium eo collineat, ut ostendant illud Poëtae:

*Prospexit natura sibi. Quod habere necesse est,
Sub quo-vis coeli climate mundus habet.
Est stupor in nobis, gravis ignorantia mentes
Possidet, et quae sunt proxima spernit homo.*

*Quod procul est curat, longinquis quaerit in oris,
Sponte licet tellus det meliora domi.*

Nec haec proximorum labes seculorum, ut nostra nobis-
met sordeant; Plinii quippe querela arguit, Libr. 24. c. 7. jam
suo tempore vitium hoc invaluisse: *Hinc nata medicina, in-
quit, haec sola naturae placuerat esse remedia parata vulgo, in-
ventu facilia ac sine impendio, ex quibus vivimus. Postea fraus-
des hominum et ingeniorum capturae officinas invenere istas, in
quibus sua cuique homini venalis promittitur vita.* Et alibi: *A-
rabia atque India in medio aestimantur, ulcerique parvo medi-
cina a rubro mari imputatur, cum remedia vera quotidie pau-
perimus quisque coenet.*

Haec tot seculis inveterata, exotica medicamenta habendi
cupido ex animis hominum praejudiciis jam obcoecatis, acque
difficulter eradicabitur, ac illa modo memorata

prodigia rerum

*Luxuries, nunquam parvo contenta paratus,
Et quae sitorum terra, pelagoque ciborum,
Ambitiosa fames, et lautae gloria mensae.*

Cum igitur desperemus de reducenda iterum medicina in-
digena, in id incumbendum medico maxime, ut ad morem ri-
te indagatorum Indigenarum, devecta a remotissimis oris ad
nos, pariter explorentur, ulteriusque examinentur, num fucis in-
quinata a mercatoribus lucrum ex nostra saepius stultitia cap-
tantibus, an carie et situ e longo itinere scateant, indeque in usum
medicum vocari possint? Praeter nota jam exotica, dantur in-
super inter immensas istas stupendasque opes, quibus auri gem-
marumque dives India, singulis annis Europam nostram beare
solet, plurima nomine tantum nota naturae cimelia, quae, ni me-
dicus, dum illorum mentio injicitur, ignorantiae culpam incur-
rere velit, rimanda sunt.

Ne igitur, quod aliquoties jam mibi, pruriente hoc seculo
ab exteris urbem nostram transeuntibus factum, contingat pa-
riter aliis, ut exhibitis rarioribus nunquam visis, nunquam au-
ditis,

ditis, ad silentium redigantur, a tot jam amicis, quorum iussa capessere fas est, monitus in animum induxi, nonnulla adhuc exoticorum, e quorum classe in Parreira brava, Mungos et Ananas specimina jam dedi ulteriori examini subjicere, et quae de illis lecta mihi collectaque, publicis destinare usibus, partim ut pateat, an Seneca judice, ex eorum genere sint, quibus vel ex natura sua, vel ex opinione vulgi magnitudo accedit; partim ut meo exemplo viri, hoc in studio doctiores exercitatoresque, in locis praecipue istis, ubi rerum harum ex Indiis allatarum copia suppetit, ineitterent, ut in scriniis saepius latentia scripta acutissima, incomitis hisce meis, nec pumice expolitis, lucem majorem concilient.

*Jamque sub examen, quodcunque dat Indica Tethys
Mittitur.*

BELELING vel BELILLI aut BEDILLE, in Transact. Angl. forte ex hypothetae errore, dictum, exinde proveniens medicamentum, si famae fides, saluberrimum, quod frustis arundineis excavatis impactum, calceque indurata in extremitatibus firmatum ad nos affertur. Concretum inibi contentum, Piscium mentionis sanguinem, pingue quoad tactum, saporis lascivi salini amaricantis, odoris hepatum piscium exsiccatorum: hinc ipsi ab Indis nomen *Dara Belilli* seu *sanguis Belilli* inditum, cum de piscium sanguine nil quicquam participet, licet marinos agnoscat natales.

Cap. II.

Qui primitus notitiam hujus dedere medicaminis, retulere, *Dara Belilli* succum existere plantae expressum, nescii tamen, cui plantarum generi accensenda foret. *Belille* equidem frutex est altitudinis sesquihominis, sibuosus ac tortuosus ramis arbores scandens, radices habet rufas, fibras emissas capillatas; caules alit lignosos nodulatos ac in supremis partibus quadrangularatos; folia sunt oblongo-rotunda, tenuia, pilosa, ac velutina lanuginosa, candida; hinc plantae quoque in Lingua Bramanum *Sravadi* audiunt, qua voce color candidus denominari solet.

Mirus

Mirus naturae lusus est in hoc frutice, ob varios colores, quibus flores exornantur; eorum enim aliqui sunt pulchre rubicundi, alii vero albissimi, qui flores albi apud Indos tam frequenter comedи solent, ac apud nos lingulatum blitum vel beta. Ejusmodi mutationem florum diversicolorum in uno caule videre licet, in Solano Mexicano flore magno Casp. Bauhin. in Pinac. si. ve admirabili Peruana, cujus flores alii flavi, alii rubri, albi alii, discoloresque alii, non secus ac in hac *Belilla*. Hinc Excell. Commelinus credit, eam pro arborecente illius specie haberí posse, ni fructus different seminaque. Fructus enim oblongo-rotundi, et minutulis obsici pilis; cum immaturi, sunt virides, cum vero maturi, ad flavum vergunt, intus carne densa, viridi, saporis adstringentis et subacidi. Latet in his fructibus congeries seminum minutulorum, quae in ea jacent velut semina piscium, ac in quatuor series per membranam intermedium albicantem distincta, suntque colore viridi, cum in imo sunt coadunata, seorsim autem singula conspectui oblaça, albicantia et transparentia instar arenularum, matura sunt colore nigerrimo. Haec aliquanto latius ex Horti Malabarici Tom. II p. 27. excerpti, ut omnibus innotescat, *Dara Belilli*, quod describere constitui, cum Sravadi Bramanum nihil commune habere.

In Catalogo simplicium Exoticorum addito insimul pretio, quorum copia venalis exposita apud Pharmacopoeorum Amsterodamensium solertissimum Historiaeque naturalis et scientissimum et cupidissimum, Albertum Seba, occurrit oleum de stillatum Bellilis Afric. pretio quatuor florenorum uncia. Cujus stirpis vel plantae non equidem constat, an jam descriptae Malabaricae Sravadi, an alterius. An non forte pertypothetae vitium Bellidis Africanae?

Marinus et salso-lascivus *Belilli* sapor plurimos induxit, ut e planta marina ejus arcesserent primordia, nec tamen ulla plantarum illarum siccaram et exsuccarum supererat, productioni hujus materiae idonea, quippe e quibus, ceu e pumice, nec aqua, nec sanguis exprimi potest; car beaucoup des plantes marines

ne ressemblent qu'a des plantes. Enfin la Botanique de la mer n'a presque rien de commun avec celle de la terre : plurimae enim marinae plantae referunt tantum plantarum similitudinem ; quippe Botanica marina ferme nihil cum terrestri commune habet. Verba sunt Histor. Acad. Reg. Scientiar. Ao. 1700. p. 87.

Alii ex *Holothuriis* concreto illo marino, summe noxio venatoaque, ortum deducere autumarunt ; quod Zoophyti genus in Indiae orientalis mari maxime obvium, tantaen perniciei, ut, si imprudentius quis hanc sali progeniem contrectaverit, ardor statim manum invadat, tanquam si aqua ferventis suffusa esset, et nisi apposito statim allio contuso cum aqua subveniatur, p[re] dolore in febrim quis incidat, quod tristi experientia edocet, de se ipso testatum reliquit Jacobus Bontius Hist. Natural. et Med. Indic. libr. V. c. 27. Hinc urticis marinis accenset Plinius ille Amboinicus, Clariss. Rumphius, *Epidormidesque marinas* nominat, inque lingua Amboinensi *Huron* dictas refert, additque : *Si Amboinenses Latinam callerent linguam, crederem ab urendi facultate iis nomen dedisse.* Hinc forte est, quod Sextus Empiricus, non ignobilis Philosophus, Zoophyta, quae inter Holothuria fere primatum ducunt, ex igne generari prodiderit.

Deleteria hac noxa non obstante, lucro inhiantes fallacissimi mortalium omnium Sinenses, ut liquorem suum destillatum *Arak* dictum, tanto penetrantius reddant, oryzae Holothuriorum succum immiscent ; unde non mirum Bontio esse videtur, Belgas nautas, bujus *Arak* potui inhiantes, sanguinis sputum, phthisin, marasmus ipsamque contrahere mortem, atque hoc esse, ut Plautus ait, quod homines tam brevem vitam collant, cum instar strigilum, intestina abradant et exedant ; cui malo auferendo alaudato jam Bontio Infusum Rhabarbari in decocto Tamarindorum tanquarn specificum commendatur. Et licet depellendo pernitosissimo hoc Sinensi invento, haud exigua illis poena decreta, qui in flagranti istoc deprehenduntur leprocinio; dantur tamen Apicii, qui in pernitosissimis his illecebris,

gustus delicias quaerunt ; holothuria enim marinae incoquunt aquae, additisque Sajor Sanga, Limonum succo, corticibusque tenuissime incisis, arundini excavatae, instar *Bellii* profundunt, et condiendis cibis asservant, credentes, coctione et admixtione acidi Limonum destrui vim deleteriam, quae omnia refert Cl. Rumphius Mus. Amboin. Libr. I. cap. 42. p. 50.

Sic de adnascente in maris superficie rupibus, postea hinc inde fluctuante Firome et Konbu vulgo et literatis dicto, memorat Exc. Kaempf. Amoenit. Fasc. V. p. 833. totum genti post praeparationem esculentum esse, quamquam coriaceae substantiae, ideoque Tethys similis. Verisimile autem est, Holothuria repertu dari innoxia et inertia, quippe urticae marinae pariter inertes aequa ac urentes. vid. Cl. van Heide in Experim. circa urticam marinam. Firmant hoc ulterius nidi illi notissimi avium, omni deleteria acrimonia destituti, pro obsoniis ad coquinas expetiti, quos rupibus oceani orientalis affixos, ab hirundinibus marinis domesticis multo majoribus paratos, ex holothuriis, mari innatantium, materia parari, et a Japonensibus *Jenuda*, item *Jeniku* vulgo *Jens* vocari, refert Cl. Kaempferus loco citato. Cum vero Dara *Bellii* arundini excavatae aequa ac Holothuriis concretum, cuius e Rumphio mentio injecta, inclusum sit, factum inde credo, ut a nonnullis marina haec producta confunderentur.

Proxime ad metam vergunt, qui *Bellii* origines in Tethys quaerunt Zoophyto, cuius in Scholis medicis nomen aequa ac natura paene ignota; hinc ad melius intelligendam, quam tractamus materiam, e veteribus in memoriam revocare necesse duximus Tethya.

CAP. III.

TE^τBYA a Tethy Dea nomen traxisse volunt; marinum concretum a Dea marina. Sic enim plurimis Poëtis Graecis et Latinis pro Mari sumitur et origine fluviorum, teste Hesiodo Θεογον. V. 337.

Τηθύς δ' Ωκεανῷ ποταμὺς τέuis δινήντας.

Tethys autem Oceano flumina peperit verticosa.

ac V.368 Τίτεις Ωκεανὸν, τὰς γένιατο πότνια Τηθύς.

Filiī Oceani, quos genuit veneranda Tetbys.

Insularum quoque fingitur mater, eodem Hesiodo V.363.

'Αῦτη δ' Ωκεανὸν καὶ Τηθύος ἔξεγένετο.

Atque hae Oceano et Tetbye prognatae sunt,
canente: hinc circa eandem Tethyn et Oceanum congregari Insulas, et chorū agere, fingit Callimachus, tanquam filias nempe circa patrem Oceanum ac matrem Tethyn, quas inter primaria Delus. Sic Battiades Hymn. in Del. v. 17.

ὅππότ' ἐσ Ωκεανὸν τε καὶ ἐσ Τιτηνίδα Τηθύν.

Νῆσοι ἀστλίζονται· αἱ δὲ ἔξαρχος ὁδεύει.

Quamdiu in Oceano et Titania Tetby,

Insulae erunt: sed semper Delus primaria habebitur.

Callimacho consentit Lycophron, qui Titanitudem pariter vocat,

γεωῖαν ξύνευον Ωκεανῷ Τιτανίδα,

Anum Titanidem Oceani conjugem.

Et ex Latinis Ovid.

- - - *Oceanus quondam Titanida Tethyn,*

Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.

Obtinuit autem hoc nominis, quod inter Titanas foeminas Tethys, juxta Rheam et Themis, ab antiquis Mythologis relata. Hinc Τιτανίς appellata itidem *Themis* apud AEschyl. Prom. v. 873. et alibi secundum eundem, *Phoebe* Τιτανίς. Evmen. v. 6. et Τιτανίς Μήνη, *Titane Luna*, quae eadem cum *Phoebe* legitur apud Apollon. Rhod. l. 4. v. 54. aliam tamen significationis hujus causam mox suppeditabimus.

Ad imitationem Grajorum maris quoque Deam Tethyn pronuntiarunt Latini. Sic Ovid. Metamorph.

Et ad canam descendit in aequore Tetbyz.

Senec. in Troad. v. 878.

Te magna Tethys - - - -

Placidumque numen aequoris tumidi Tetbys.

In Hercul. Oeteo v. 1899. *Audiat idus utraque Tethys;*
una nempe Solem orientem emittens , altera occidentem ex-
cipiens ; vel eodem significatu , quo *Neptunus* pariter Catullo
uterque dicitur , de quo vid. Nerium nostrum . Sic Silio Italico
reciproca Tethys ; Lucano , *vaga Tethys* ; aliis , *fugax , refuga , sal-
fa , gelida* vocatur ; quae epitheta mari potissimum conueniunt.

Tethym tamen terram potius esse plurimi , contendunt . Et
Eustathius quidem *μεταποίητας* in Homer. Iliad. π. Tethya a Te-
thy ideo nomen obtinuisse credit , quia prae cacteris marinis na-
turae sunt terrenae , (τὰ τῆς γεώδη μᾶλλον τῶν ἄλλων
θαλασσίων) propter ambientis testae duritatem . Tethym au-
tem terram esse et Titacam , probatum ibimus ex Diodoro Si-
culo , Auctore , ex Nobiliſſ. Barthii ad Stat. IV. Theb. p. 1175. elo-
gio , minime pro vulgari aestimando , quem Plinius apud Grae-
cos nugari desisse auctor est , utique tam propter tituli spretam
ambitionem , quam fabularum discretionem . Non enim alio fi-
ne primos tres libros scripsisse videtur , quam ut aliquam fabu-
losam temporum historiam conficeret . Hic igitur Histor. Libr.
III. p. 190 edit. Rhodom. *Τιταῖαν* sive *Tethyn* , Οὐρανῷ primo Atlan-
tiorum Regi marito , XIIIX. liberos peperisse : τὴν δὲ Τιταίαν σιώφρο-
γυα ὄνταν καὶ πολλῶν αἰγαθῶν αἰτίαν γενομένην τοῖς ἄλλοις ἀποθεωθῆναι με-
τὰ τὴν τελευτὴν ὑπὸ τῶν εὑπαθόντων γῆν μετονομαθεῖσαν . *Tetaea au-
tem , quod et prudentia et meritis erga alios excelleret , post fata
inter Deos ab his , quos beneficiis sibi obligarat , recensita fuit et
Telluris nomen accepit .* Atlantii enim , pergit Diodorus , Deos
apud se natos gloriantur , atque huic suae assertioni illuſtriſſimum
Graecorum Poētam τὸν ἐπιφανέſſατον τῶν παρ' Ἑλλήσι ποιητῶν , adſti-
pulari dicunt , qui Junonem ſic interloquentem fingit :

Εἶμι γὰρ ὁ φοιβένη πολυφόρβε πείρατα γάινς ,

Ωκεανὸν τε Θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τῆσαν .

Longinquos abeo fines invisere Terras ,

Oceanum Tethymque , patrem matremque Georum .

Haec Σικιλεδῆς Διόδωξος μέγα μέος iſaqiūn , e maximi Jos. Scaligeri
elogio . Credidere nonnulli , Poētam , quem citavit , esse Hesio-

dum

dum; sed Homerus merito hoc maestatur elogio; versus quippe Iliad E. v. 200. legendi. Discimus ex hoc Diodori loco, Tethyn sive Titaeam fuisse Vrani sive coeli uxorem, liberosque inde creatos Titanas dictos; unde nomen illi Titaniae Tethyos, non quod filia Titanum, quod supra retulimus, sed mater. Huc collineat AEschylus Prometh. v. 205.

Titānās οὐρανῆτε ναὶ χθονὸς τέκνα.

Titanas coeli et Telluris liberos.

Tityonis forte nomen hinc ortum, quippe a Vigilio dicitur *Terrae omniparentis alumnus.*

Doctiss. Rudbek. Atlantic. T.II. c.4. p.59. probare nititur, Titaeae vocem apud Diodorum fluere ex Gothicā Lingua, et significare *Te-Deja*, *Terram Deam*. Titaea forte a Tītē. Sic enim nutrix. Aristophan. πτπ. v.723.

Καθάσπερ αἱ τίται γε σιτίζεις νακῶς.

Nutricum more tu populum pascis male.

Vid. quae ad hunc locum habet Scholiares et ex illo Suidas, quia nimis longus. Probant porro Tethyn Terram denotare Hesychius: Τηθύς ἡ γῆ, et in voce Θέτις. ἡ δὲ γῆ λέγεται Τηθύς. Ad priorem Hesychii locum respiciens Cl. Matth. Martinius in Cadm. Graec. Phaenic. *Tethyn Terram* ex Hebraico טְהִתָּה lutum deducit.

Eustachius pariter p. 978. Τήθυν τὴν ιοινὴν τροφὸν γῆν, *Tethyn communem nutricem Terram* pronuncia. Suidas dilucidius, quam reliqui omnes scribit: Τηθύς, ἡ γῆ, παρὰ τὸ τιθηνὴ ἔῖναι, ναὶ τροφὸς Οὐρανὸς Ωκεανὸν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν, τετέσιν, ὑγρὰν οὐσίαν, ναὶ ξηράν. *Tethys Terra*, quod altrix et nutrix sit animalium.

Homerus: Oceanum deorum parentem et matrem *Tetbyn*, hoc est humidam et sicciam naturam. Et in voce, Τιθηνὸς νατὰ μετρογὰν λέγεται ναὶ ἡ γῆ τιθηνός. Per translationem et ipsa terra dicuntur τιθηνός, quod omnia animalia nutriat et alat. Ideo dicitur *alumna* et per syncopen *alma*. Homerus jam olim illud indicavit, appellans terram modo τροφεγῆν, modo πελύφορθον, modo θωτικένειαν, modo παμμύτορα Τήθυν. Apud Suidam scribitur: Τιθηνάς,

τροφές, καὶ τιθηνήτερα. Restituit et interpolatur hunc locum Aemilius Portus. Τιθήνας, τροφές, καὶ τιθηνητήρ, τροφός είτε τροφεύς. καὶ τιθηνήτερα, ἡ τροφός, ἡ καὶ τιθήνη. *Tithenae nutrices et Titheneter.* Nutritor, Nutritius, alumnus, altor. i.e. qui alit et nutrit. et *Titheneteira Nutrix alumna, qui et nutritas alit. Altrix.* Distichon Epigrammatis libr. III Epigr. 167.

πολλὰ τιθηνητήρ ὄλοφύρετο, χερσὶν ἀμήτας

Ανδρομάχοις διοφερὰν πρετός ὑπερθε νόνι.

*Multum nutritor luxit, manibus congesto
Bellicosis atro caput supra pulverem.*

Eustathius tamen testis est, Tethyn sumi pro ipso Oceano: αὕτη (Τήθυς) γὰρ Ωκεανός. *Ipsa etiam oceanus.* Verum quid per hanc Tethyn intellexerint prisci naturae consulti, aut ut eos subinde Veteres vocant, οἱ Θεολόγοι, omnium optime e Proclo Libr. V. in Timaeum nos docet illustriss. Spanheim. Not. et observ. in Callimach. Hymn. in Del. p. 333. ubi Proclus varias refert de eadem opiniones, ac inter alia p. 293. Τὴν δὲ ΤΗΘΥΝ, οἱ μέν τὴν ὑγρὰν αὐτὴν σέιαν Φάσιν, οἱ δὲ τὴν πολυμετάβολον Φύσιν, οἱ τὴν τε παντὸς ἐνθυμοσύνην, οἱ δὲ Θεῖος Ιάμβλιχος, ποιητικὴν διάθεσιν εἶναι αὐτὴν, τὴν τῷ ἐνεργεῖν δρασήριον ὑποτίθεται πετάσασιν. *ΤΕ ΤΗΘΥΝ* autem quidam dicunt esse ipsam humidam naturam: alii vero naturam plurimum mutabilem, nonnulli universi concinnam ordinationem: diuinus autem Jamblichus supponit illam esse effedricem dispositionem, seu in operando promptam ac efficacem constitutionem. Quibus addit in sequentibus, unde dicta sic eadem *TETHYS*, nempe juxta traditam, a Platone in *Cratilo* ejusdem vocis, quam parum probabilem, originem, ac ejus praeterea ab Oceano discriberem: τε οὖν Ωκεανὸν πᾶσαν κίνησιν γεννῶντος ἀθρόως θείαν, νοερὰν, ψυχικὴν, η *ΤΕΘΥΣ* στα διακριτικὴ τῶν κινήσεων τῶν ἔνδον καὶ τῶν ἔξω παλεῖται Τηθὺς διαττῶσα καὶ διηθεῖσα τὰς ψλικὰς ἀνθλων κινήσεων. *Quum vero Oceanus omnem motum gignat promiscue, diuinum, intelligibilem, animalem, naturalem,* *ΤΕ ΤΗΘΥΣ* autem ea sit, quae discernit motus internos et externos, ideo inde etiam dicta, quasi percribans et percolans materiales motus ab immaterialibus. Quae loca ideo obiter adscribere placuit viro illustrissimo, ut velinde eorundem Platonicorum in explicandis veterum Poëtarum θεολογικένοις multi-

multiplex varietas, aut etiam *ἀπορία* elucescat. Conferri cum his ab Ill. Spanheimio adductis possunt: Phuroutus de Natur. Deor. c. 8. c. 17. p. 172. et 177. Heraclid. Ponticus Allegor. Homer. p. 444. et passim alii plures, qui *Thetis* scripsere, e Mitis correcti ideo ab eruditissimo Gale. Itaque cavendum, ut id postremo addam, ne quis *Tethyn* et *Thetin* confundat, quod a summo viro Salmasio ad Plautum in Trinum. Act. 4. Scen. I. v. 1. factum annotavit Anna Daceria, seculi decus.

*Salsipotenti et multipotenti Jovis fratri et Nerei Neptuni
Laetus lubens laudes ago.*

ubi legendum putat: *Nereine Neptuni*; et addit: *Nereine Neptuni uxor*, quae vocatur *Thetis* Poëtae: et ibi fallitur; nam *Thetis* Neptuni uxor non fuit, sed oceani, vel secundum alios, Vrani conjux. Hunc autem locum Plauti sic explicat foeminarum eruditissima: *Laetus lubens laudes ago salsipotenti et multipotenti fratri Jovis et Nerei* (in Dativo) *Neptuni*, subaudi filio, ut dicitur Alexander Philippi. Differentiam utriusque expressit Catullus:

Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?

Tene tuam Tethys concessit ducere Neptem.

ac Hesychius: Θέτις, ἡ μῆτης Αχιλλέως, ἡ δὲ γῆ λέγεται Τηθύς.

Fuit autem *Thetis* Nerei Doridisque filia, quam cum Jupiter ob hujus pulchritudinem adamaret, uxoremque ducere decrevisset, monitus a Prometheo, qui a fatidica Themide audiverat, quod filius ex ea, patre major futurus esset, destitit, ne quod Saturni Patri acciderat, idem sibi contigisset; hinc Ovidius.

Jupiter aequoreae Thetidis connubia vitat.

Quamvis fabulam hanc aliter recenscat, et filiam Thetidi e Jove tribuat, Apollodor. Biblioth. Libr. I. cap. 3. §. 6. p. m. 9. 10. Edit. Paris. Th. Gale. Vocatur *Neptis* *Tethydis* ob Doridem *Tethyos* filiam, atque inter Nereides et Oceaninas refertur ab Hesiod. Theogon. v. 244.

Εὐδώρη τε Θέτις τε Γαλήνη τε, Γλάυκη τε,

Eudoraque, Tethisque, Galeneque, Glanceque.

Iterum Ovid.

*Vecta est fraenato caerulea pisce Thetis,
nempe Delphino, uti Nereides, de quibus in Nerio nostro.*

Tandem haec Thetis a Peleo, AEaci filio, Chironis Nepote, in expeditione Colchica adamata est, qui illam sive invitam sive volentem duxit Nuptiae in Pelio Thessaliae monte circa Chironis antrum celebratae, eoque omne Deorum genus invitatum, excepta Discordia. Haec ut contemptum ulcisceretur, Pomum aureum inscriptum: PVLCHRIORI, nuptiali Deorum confessui projecit, Dearumque postea aemulationi ansam dedit. Ex hoc marito filium suscepit Achillem. Hinc:

Felix et nato, felix et conjugē Peleus,

Censente Nasone toties laudato. Pulcherrimam fuisse, Poëtæ cœstancur; ideoque ἀγυρόπεζα dicitur Hesiod. Theog. v. 1006.

Πηλεῖ δὲ δημηθεῖσα θεὰ Θέτις ἀγυρόπεζα.

Γένιατ' Αχιλλῆα.

A Peleo autem subacta Dea Thetis argenteos pedes habens,

Peperit Achillem.

Orpheus pariter in Argonauticis v. 383. hoc nomine mactavit.

Filium Achillem infantem adhuc stygiis immersit undis, ut que invulnerabilis fieret, Chironis avi educationi tradidit, venturi praescia Thetis. Mythologiam ejus ex Iliaca Tabula, quam Excell. Fabrettus edidit, commentario illustravit Solertissimus Begerus in Bello et excidio Trojano.

Cap. IV.

IN voce τίτθος vocis Tethyorum incunabala quaerunt nonnulli. Exponitur haec vox ab Hesychio non tantum τίτθος, nutritrix, verum etiam τίτθος, μασθός i. e. mamma. Et Svidas: τίτθοι, οἱ μασθοὶ τῶν μασθῶν τὰ ἄργα. *Mammae vel potius ipsae mammarum summae partes*, quas Latini papillas vocant. Itali *capeccchia* et *cappozole*; Capitulum mammarum. Veneti *cavedello*. Insubres *Burino*, quasi uberinum. Gloss. ἀγονάθιον (potius ἀγονάσιον)

μάσιον) *Ruma papilla*. Item *Cizza*, forte ex Germanico *Ziggen*, vel a fugendo. *Poppa* a papilla, *poccia* a potando. Juvenalis:

Et potanda ferens infantibus ubera magnis.

Vid. Excell. Ferrar. in Origin. Liogu. Italic. p. 301.

Diminutivum vocis *τίτθος* est *τίτθιον* mammilla; qua voce passim prae aliis utitur Aristophanes in Batrach. sive Ran. v. 415.

Τίτθιον πεδουψαν,

Aspexi papillas.

Πλατ. v. 1068. *κατὰ τῶν τιτθίων,*

Εφάπτεται σου. mammas tuas contrectat.

Cum in prioribus Aristophanis editionibus sic legeretur, syllaba una in metro redundante, auctoritate Eustathii, qui scripsit: *καὶ τῶν τιτθίων*, restituit Cl. Kusterus in nitidissima Aristophanis editione, ut versui justus constaret modulus.

Acharn. v. 1198.

Τῶν τιτθίων ὡς συληρά καὶ κυδίνια,

Vt durae sunt papillae, ut sunt Cydonia.

Pac. v. 863. *Τὶ δῆθ' ὅταν ξυνῶν τῶν τιτθίων ἔχωμαι,*

Sed quid cum cohaerens comprimam papillas.

Θεσμοφορ. v. 150. *Ἄλλ' ὡς γυνὴ; δῆτ' εἴτα ποῦ τὰ τιτθία.*

An vero ut foemina? ubi igitur mammae.

et v. 696. *Εξαρπάσας μοι φρουρός ἀπὸ τῷ τιτθίσ.*

Rapto ab uberibus meis e conspediu aufugit.

Aus. v. 83. *Ως δὴ καλὸν τὸ χεῖμα τιτθίων ἔχεις.*

O bellulae istae quas babes papillulas.

A voce hac *τιτθίον*, descendere videtur vox Gallica *Teton* citius, quam a *τίτθος* vel *τίττος*, quod eruditissimo Menagio placuit dans les origines de la Langue Françoise. p. 842. Ejusdem originis credit esse Cl. Cruciger in Harmonia Linguar. Cardinal. §. 316. latinam vocem *Titillo*, quod sic *τῶν τιτθίων* praecipue ac mollium partium contrectatione, a quo Flandricum *Kitteln* et Germanorum *Ribbeln* fluit.

Nec voce *τιτθίων* tantum utitur Aristophanes; sed et ejus loco *τίτθες* substituit. Θεσμοφορ. v. 647.

καὶ νὴ Δία τιτθες; γ' ἀσπερ ἡμεῖς εἰς ἔχεις.

Nec per Jovem mammas, ut nos habet.

Sic pariter Lysias Orat. I. p. 6. Παιδίον, ἐνα τίτθων αὐτῷ μιθεύς **Infantulus**, cui unam mammam dans. Diversae autem ab his τίτθαι, fasciae, quibus comoedi utebantur, ut de iis Alexis apud Atheneum Libr. XIII. p. 568. et prout versus illos distinguit ὁ πάντα **Grotius in Excerpt. Comic.** p. 571.

κοιλίαν ἀδρὴν ἔχει

Τιτθίας τάυταισι τούτων, ὡς ἔχουσσίν ιωμιός.

Sicut venter prominet fasciis, videre quales in Comoediis licet. Vid. Illustriss. Spanheim. Not. in Aristophan. Plut.

Caeterum non sine admiratione observavi omnes paene Linguis circa nomenclaturam illius, quod primum nobis praebuit alimentum, conspirare. Eruditissimus quippe Menagius in radicibus Linguae Graecae vocem τίτην ἀπὸ τῆς τίθημι, quoniam in ore infantis ponitur, deducit, vel ut Achenaeus expressit: διὰ τὸ οὐτισθαι τὰς θύλακας, quod papilla ori inditur. Si Ebraeae tanquam primaevae Linguae assurgimus, a voce תְּרֵבֶת uber, mamma, mammilla, omnia facilime possunt derivari. Cum enim usurpetur tantum pluraliter sive dualiter, et vulgo scribatur תְּרִין quilibet facile videt τίτην Graecorum inde nil plane differre, a qua denominaciones aliarum Linguarum pleno quasi alveo fluunt. Est autem ex Hebraeo תְּרֵבֶת commutato תְּרִין in תְּרִין. Semel pro eo usurpatur Hebraicum תְּרֵבֶת uber, mamma, et pluraliter tantum usurpatum semper alias תְּרֵבֶת. Nomenclator Eliae Levitae p. 19. תְּרֵבֶת mammilla, τίτθιον. Ad quae verba Clariss. Drusius Pater: תְּרֵבֶת mammilla, imo תְּרֵבֶת mamma, μαξοὶ שְׂרִיבָה ubera. Sunt, qui ubera interiora, mammas ipsas eminentias dici volunt. Apud Joh. Isahac שְׂרִיבָה mamma, תְּרֵבֶת idem. קַוְתָּה vel קַוְתָּה קַוְתָּה uber animantium. Apud Talmudicos תְּרֵבֶת significat epistomium labri vel alterius vasis aquam continentis, quod instar mammae mulieris factum erat, et aquas effundebat. Jom. fol. 37. vid. ἐβραικώτατος Buxtorf. Lexic. Rabbin. p. 503. et 2565. Cl. Cruciger in Libro doctissimo, sed non ubivis obvio, inscripto: Harmonia Linguarum Cardinalium, §. 319. a voce Chaldaica תְּרֵבֶת vocem רְוָדָאִים et שְׂרִיבָה derivat, illam quidem

quidem *Amicum* denotantem, quod infantibus matrum ubera sive acceptissima et amicissima; hanc *Mandragoram*, cuius poma mammilarum referre deberent ubera, si vera sunt, quae Rabbi- ni narrant.

Ab Ebraeo יְתֵה vel יְתֵה, Gracorum $\tau\acute{\eta}\theta\eta$ et $\tau\acute{\iota}\tau\theta\eta$, $\tau\acute{\iota}\tau\theta\iota\varsigma$ et $\tau\acute{\iota}\tau\theta\iota\varsigma$, facile erit reliquarum Europaearum Linguarum denominaciones eruere. Gothicum nempe *Disse* vel *Ditte*, *mamma*, teste Eruditissimo Rudbekio Atlant. T. II. cap. VI p. 446. unde *Detja* et *Deggia* lac praebere in Verel. Indice Linguae veteris Scytho-Scandicae sive Gothicæ p. 50. *Titte* quoque *mammam* denotare, tradit vir eruditissimus Atlant. T. II. c. 4. p. 58. Doleendum in Evangelio Gothicō Vlphilae a Genetos. Stiernhielm. et a Fr. Junio edito, deesse caput XI. Luc. in cuius versu 27. *mammae* mentio injicienda fuisset. Ad imitationem Gothicæ vel potius Ebraeæ, Saxones et reliqui Germani scribunt *Dutte* et *Tittæ*, Frisii secundum Drusium *Tättien*. Sic a $\tau\acute{\eta}\theta\eta$ Hispanicum *Teta*, Italiorum *Tetta*, Gallorum *Teton*, Cambro-Brit. *Teth*, Anglorum *Tea-
te*, Belgarum *Titte*, et sic de reliquis.

Liquet ex haec tenus allatis $\tau\acute{\eta}\theta\eta\eta$ et $\tau\acute{\iota}\tau\theta\eta\eta$ nutricem *mam-
mamque* significare, ut $\mu\alpha\varsigma\circ\circ$ s quoque teste Scholiaste Callima-
chi ad v. 96. *Hymn. in Cererem*: ὁ μασὸς ὅν ἐπινεν, ἔγουν ἡ τροφὸς.
Prout scilicet jam olim, observante Illustriss. Spanheimio ad hunc
locum, *mamas* dictas ab infantibus *matres*, quae vulgo illis nu-
tricum officium praestare erant solitae, e Varrone liquet libro
de liberis educandis apud Nonium in voce *Buas*; nempe *cum
cibum ac potionem buas et papas dicunt*, et *MATREM
MAMMAM*, patrem, tatam. Hesychius: $\tau\acute{\iota}\theta\eta\circ\circ$ s γὰρ ἡ τροφὸς
καὶ τίθητοι, οἱ μασοί. Vnde notus ille Martialis jocus de Afra vecu-
la Libr. I. Epigr. CI.

*Mamas atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum
dici, et mammarum maxima mamma potest.*

Sic vice versa *nutricem pro mamma* dixit Veronensis Va-
tes; annotante eruditissima Anna, et quod adhuc magis mire-
ris, *Lac quoque pro nutrice* apud Callimachum in Epigramm.

§4. ἀγαθὸν γάλα, pro bona nutrice. Hinc Deae nutrices mammosae effictae apud Antiquos dictaeque τηθναι, quae vox matrem, nutricem, simulque mammam designat de quibus plura in peculiari de Deabus Tethenis dissertatione.

Jam Tethya quoque mammilarum specie haerent in saxis, sed ita haerere cernimus, ut quasi ipsorum pars saxonum sint; ita Tethya dicta quasi papillae, ut concinæ hac de re Aristotelem interpretatur maximus maximi Filii Parens, J. C. Scaliger, Comment. in Histor. Animal. Libr. IV. cap. IV. §. 132. Edit. Tholosan. Audiendus hic iterum Eustathius in Odyss. Δ; qui a verbo Δω, Δήσω, quod significat θηλάζω, et est λαθο, sugo, deducit τηθεα, τηθη et τηθις, pro qua ultima voce apud Pollucem in primis Editionibus τηθις legi, testis est post Seberum Cl. Jungermannus, cum τηθις legendum sit, id quod Nunnesius ad Phrynic. Eclog. I. in μάμμην jam monuit. Vid. pariter Ammon. de differ. et similitud. Vocabulor. Est autem τηθις η δέ πατρὸς η μητρὸς μήτηρ, τηθη. Vid. Pollucis Edit. nov. Hemsterhuis. Libr. III. c. II. Sect. 17. p. 274. Pollucis verba reperiuntur pariter apud Svidam, qui haec sequentia insuper adjungit: η ιλητικη ω τηθα. τηθις δε θεια. Vocativus ω τηθα. τηθις vero θεια amita. AE milius Portus ad haec Suidae Verba commentatur: Italice corrupta voce apud quosdam dicitur Zia et θειος patruus Zio. Citat porro Svidas seq. Aristophanis in Acharn. v. 49. locum.

Γάμη δε Κελευς φανναρέτην τηθην ἐμήν.

Celeus, is Phannareten duxit aviam meam.

Vid. pariter Isaacus Orat. p. 505. Edit. Hanov. Julian. Orat. I. p. 6. A. Edit. Spanheim. qui vir illustrissimus Not. in prim. Julian. Oration. p. 42. hoc annotatum reliquit, τηθην materteram subinde apud veteres Grammaticos denotare, et ejus exemplum suppeditare Andociden Orat. I. p. 237. ιν' εξελάση την τηθην η θεγατρίδη: ut scilicet neptis materteram excludat.

Ex hac τηθης derivationis diversitate fluit et scriptioris differentia: τηθος et τηθην rectius singularis a Graecis effertur, ut σηθος et ορόμυνον. Pro τηθεια apud Aristotelem Hist. Animal. Lib. V, cap. 15. in penultima reponit stupenda exuditionis Aldrovandus

dus τῆθεα, apud quem et τὰ τῆθεα et τὰ τηθύεις legimus. Plinii Codices nonnulli habent *Tethea* ut Musa; repertu quoque datur apud Latinos Scriptores *Tethyum*, tribus syllabis, vel etiam *Tethus*, duabus syllabis, masculino genere.

CAP. V.

Non minor circa significationem discrepantia. Veteres pluriimi τῆθεα credidere *ostrea*. Sic Homerus Iliad. Π v. 747.

Πολλὲς ἀν ιορέσειν αὐγὴ ὁδε τῆθεα διφῶν.

Multos satiaret vir hic ostrea quaerens.

Quae verba sunt Patrocli exprobrantis Cebrioni e curru dejecto tanquam urinatori; ad quem locum commentans Eustathius: τῆθεα, inquit, ab urinatoribus contrectantur ostreorum generis. Sic et aliis innominatus Homeri Scholiares: τῆθεα nihil quam *ostrea* seu *genus ostrearum* interpretatur. Nec dissentit ab his Athenaeus Deipnos. Libr. III. c. 3. p. 88. Edit. Casaubon. τὰ δὲ τῆθεα παραπλήσια τοῖς προειρημένοις (de Phloadibus prius illi sermo erat) καὶ πολυτροφώτερα. *Tethya supra memoratis similia sunt, abundanter tamen nutriunt;* et quoniam inde genitivus pariter formatur τηθέων, τηθῶν, citat hanc in rem Aristophanem in Lysistrata v. 549.

Αλλ' ὡ τηθῶν ἀνδρειοτάτη καὶ μητριδίων ἀναληφῶν,

O Tethyorum fortissima et urticarum matercularum.

Vel ex Kusteri versione:

Sed vos matrum urticarum et generosarum vetularum.

Athenaeus huic ex Aristophane factae citationi adjunxit: εἶπει τῆθεα τὰ ὄσεα. *Est enim ostreorum species Tetheon.* Pergit porro: *Poëta comico sale ad vocem τηθῆν, quae nutricem indicat, et ad vocem τὴν μητέρα, quae matrem significat, allusit.* Μητριδία Matriculos autem Concharum genus esse, Ennius innuere videtur in Phagicis;

Purpura matriculi, mures dulces quoque echini.

Aldrovandus urticas marinas μητριδία dictas credit, forte a similitudine, quam cum pudendo muliebri habent. Hier. Columna Not. in Ennium, *Muriculei*, non ut Apulejus, *Matriculi legendum*

Judicat, putatque *muriculos* esse *Musculos*, quos hodie *mytulos* vocamus, quorum accuratissimam Anatomen scripsit solerissimus van Heide. *Muribus* autem in versu substituit *Murex*. Non possum, quin ad locum Aristophanis supra citatum, et ab Athenaeo jam explicatum, Scholiaстis pariter adjungam interpretationem : τῆτας δὲ καὶ τὰς τροφάς. εἰσὶ δὲ καὶ ὄσρεα θαλάσσια -- αἰαλήφας δὲ λέγεται οἱ μὲν τὰς θαλασσίας, λέγουσι δὲ καὶ τὰς ινίδας ἀττικόι. καὶ ινίδη μὲν, ἐσ ὄσον ἂν αἴαλή ἐσι. ἐπαὖ δὲ χῇ τὰς μητέρας, τατέσι τὰς τὰ σπέρματος σφαιρας, αἰαλήφη λέγεται. αἰαλήφας γέννηται, τὰς γενίας ἐκάλεσαν. ἐπειδὴ σερραι ἥσαν, καὶ γενναῖαι, καὶ γάρ τὸ Φυτάριον δάκνει. ἐπεὶ γέννηται τηθῶν, εἴπει μητριδίων, τατέσι, τῶν ἔχεσσων τὸ σπέρμα τῆς βοτάνης τῆς αἰαλήφης. δάκνεται δέ αὐται τοιαῦται δὲ καὶ γενναῖαι. μητριδίας δὲ ἐκάλεσε τὰς ἔχεσσας τὸ σπέρμα. *Tethas* etiam vocant ipsas nutrices : sunt autem et *ostrea marina*, quae τῇθεα vocantur -- *Acalephas* vero dicunt, alii quidem *marinas*, Attici vero sic vocant et ipsas ινίδας i. e. *urticas*, *herbam pungentem* eos, qui tangunt ipsam. Et ινίδη quidem dicitur, quamdiu tenera est, cum vero jam habet matres, hoc est, ipsas *seminis sphaeras*, αἰαλήφη dicitur. Αἰαλήφας igitur vocarunt ipsas anus, et *vetulas rugosas*, et *urticarum instar pungentes*, eos, qui tangunt ipsas. Ideo vero sic eas vocarunt, quia durae erant, et generosae mulieres, quas chorus alloquebatur. Etenim haec *urticae plantula* tangentes mordet, pungit. Quoniam igitur chorus in *Lysistrata* dixit τῇθῶν, idcirco dixit μητριδίων. Hoc est, illarum, quae habent semen *herbae acalephae* i. e. *urticae*. Hae vero mordent ac pungunt. Tales autem sunt et *anus* i. e. *vetulae longae* et *aque mulieres*. Μητριδίας vero vocavit vel potius μητριδία *mulierculas parvas* matres eas, quae semen habebant; haec Aristophanis Scholiaстes a Sida pariter citatus, cum versione et paraphrasi A Emilia Porti. Vid. pariter Flor. Christianus Not. ad hunc Aristophanis locum.

Pollux in Onomastico Libr. VI. cap. IX. Segm. 47. p. 591. Edit. Hemsterhuis. inter cibos e mari petitos recenset primo: τίθη, πογχύλια, ὄσρεα, πόρφυραι, ινίεις. *Tithe, conchulae, ostrea, purpurae, Ceryces.* Ad quae verba Jungermannus commentatur: Pro vulgato illo primo τίθη, videtur τίθη legendum esse, id enim *ostrei genus esse*, notum est ex Athenaeo et Eustathio. Et Hesychius :

chius: τήθεα ὄσρεα, τήθεα διφῶν, τὰ ἄρρυγα, η ὄσρεα ζητῶν. Sed quid est ἄρρυγα? nisi ἄρρυν esse ἐπίφθευμα κοπηλατικὸν. parum vel nihil tamen hoc dixisse. Suidas quoque cibis ostreorum more e mari haustis accenset: τήθεα, ὄσρεα. ἵσέον ὅτι καὶ τούτοις ἔχεωντο οἱ παλαιοί νάτοι τῆς τέτων ἐδωδῆσαν, καὶ πολὺ ἔχουσης τὸ ὑδύ, καὶ ὠφέλιμον. *Tethea, ostrea.* Sciendum est veteres etiam bis ostreis usos esse, quamvis horum efsus parum habeat et sua vitatis et utilitatis. Nicander pariter *Tethes* non dememinit, tanquam conchae marinae: τήθη τε γεραινόμενα μνιοῖσι: *Tetbe*, quae in musco vel in algis crescunt, vel natant vel capiuntur. Vocat autem *Tetbe*, ut ejus Scholiaſtes exponit, patellas veras, quas ὥτια i.e. aures, Aristoteles vero ὄσρεα pariter nominat.

Nicander hypothesin, quod *Tethya* in alga et limo crescant, hausit ex Xenocrate libr. de Alim. et Aquatilib. apud Oribasium Libr. I. c. 58. *Tethea* in limo nascuntur et litoribus algae feracibus, inveniunturque in musco, alga et fuco, similiaque sunt fungo plantae marinae.

Peripateticorum Princeps licet, ut in sequentibus patebit, inter omnes dilucidissime *Tethyorum* naturam expressit, inter alia conchylia tamen recenseret I. c. Hist. Animalium, dum scribit: πίννη, ὄσρεον, μῦς, κτεῖς, σωλήν, κόρχη, λεπτής, τήθος, βάλανος. et rursus dum scribit: ὁ μέν εἰς κτεῖς τρεαχνόσρεανος φαβδωτός. τὸ δὲ τήθος αὔραβδωτον λειόσρεανον. *Pinna, ostreum, musculus, pecten, solen, concha, lepas, Tethe, balanus.* *Virgatus* est ex his, et aspera testa opertus pecten. *Tetbeum* conchalaevi tectum et nullis distincta virgis.

Deminutiva sunt τηθυνάνια sive parva *Tethya*, quorum meminit Epicharmus in nuptiis Hebes, quem locum conservavit nobis Athenaeus Libr. III. cap. VII p. 85.

"Αγε δὲ παντοδαπά κουχύλια,
Λεπάδας, ἀσπέδους, σραβήλας, ιηκιβάλας, τηθυνάκια,
Βαλάνας, πορφυρᾶς, ὄσρεα συμμεμυότα.

Affer omniigena Conchylia,
Lepadas, Aspedos, Strabelos, cecibalos, Tethynacia,
Glandes, Purpuras, ostrea conclusa.

Incomparabilis Casaubonus legendum putat λεπάδης ἀσπέτες, *Lepadas multas*; nam ἀσπέδες nusquam invenies. Vid. ejus doctiss. animadversiones in Achen. Libr. III. cap. V. Tethynacia igitur parva Tethya sive ostrea. Patet ex adductis locis a Graecis veteribus relata fuisse inter ostrea. Ex latinis Plinius pariter Libr. 32. cap. IX. Sect. 30. p. 860. Edit. Harduinian. *Tethya similis ostreo pronuntiat.*

Saepius jam a nobis laudatissimus Aristoteles Histor. Anim. Libr. IV. cap. IV. §. 197. pag. 459. clare innuit: Τὰ δὲ καλέμενα τῆθυα, τόυτων πάντων ἔχει τὴν φύσιν περιπτοτάτην: *Quae Tethya vocantur, naturae sunt quaedam maxime diversa*, sc. ab ostreis. Lucem ulterius suppeditat, et quomodo ab ostreis differant, addit, eod. Libr. et cap. §. 132. pag. 437. Edit. Maussac. Tholosan. ἐσὶ δὲ ὅλα περιέχεται τῷ ὄστρακῷ, καὶ οὐδὲν τῆς εἰρηνὸς ἔχει εἰς τὸ ἔξω γυμνὸν, οἷον τὰ καλέμενα τῆγυμνα. *Sunt quarum caro tota ambitur testa, neque quicquam nudi extra est, ut Tethya.* Obscura haec dilucidare ausus est omni aeternitate dignissimus Scaliger. τῆθυα τῆθεα scribuntur apud Suidam. Tubera, calli, vertibula, a Theodoro Gaza. Itaque sic partiare. Ostracea, aut unicam habent testam, aut duas. Quae unam, aut ea tota integuntur, ut Tethya, aut non tota. Quae non tota, aut annexa ei sunt, ut patellae, aut non connexa, ut cochlea. Ne tamen testam hanc Tethyrum sibi conspiciat quis velut in aliis testaceis scabram virgatamque, subjungit mox: τὸ δὲ ὄστρακόν ἐσι μεταξὺ δέρματος καὶ ὄστρακου. *Testae natura est inter corium et testam.* Fusius porro reliquas Tethyorum partes persequitur Aristoteles, quae universae aquatilium Historiae inseruit solertissimus Rondeletius de Zooph. Libr. cap. 21. p. 127. a nobis breviter repetenda, ne recensio Textus Graeci lectoribus taedium pariat. Duo foramina habent a se distantia, valde exigua, ita ut fere oculorum aciem fugiant, quibus humorem reddunt et accipiunt. Corio, vel si mavis testa, spoliatis primum appareat membrana nervosa, corpus ambiens, carnemque ipsarum totam continens. Nulli e cacteris testaecis similis est, in omnibus tamen sui generis eadem. Adhaeret haec

utroque ex latere membranae circumdanti, et qua adhaeret, artius id in utraque parte est, videlicet qua tendit ad meatus foras ductos per corium, quibus hauriri et emitti humorem diximus, quasi alter sit os, alter excrementi, quo tamen constituitur exitus; alter crassior est, alter tenuior, intus cavus uterque, inter hos modico intercedente intervallo. Haec ex Aristotele Rondeletius; quibus porro e Stagirita addere lubet: *Praecingitur per medium teneri membrana: in qua vitae principatum esse, ratio congrua est.* Haec Aristotelis verba de rima seu divisione Tethyorum Michael Ephesius declarans, ait: τὰ δὲ τρίθυα πόρους μὲν ἔχει δύο: διαίσταν δὲ μίαν· ὕσπερ ἀνετάσσει νηρωδη σωλήνας ἐξωγκωμένου, ναὶ σχισταις αὐτὸν ἀκοθεν ἕως οὔτω εἰς θατέψω μέρει. h. e. Meatus (seu foramina) quidem in Tethys duo sunt, divisio autem una, ac si fistulam aliquam animo concipias (non aequali sed) tumido corpore: eamque in alterutra parte scindas a summo ad imum. Tethya porro saxis adhaerere, Aristoteles refert, et quidem ita, us secundum maximum Scaligerum, pars quasi saxonum sic, ut illis applicari possint haec Poëtae :

Eodem corpore saepe

Altera pars vivit, rudis est pars altera saxi.

Addit Rondeletius his a Philosopho prolatis, non solum saxis, sed etiam ostreorum testis affixa esse, et in iisdem veluti cumores duros cerni ovi figura, aliquando longiore. Sic Pinnam pariter cum adnato Tubere sive Tethyo delinquit exhibet Illustr. Aldrovand. de Testac. Libr. III. p. 538.

Caro Tethyorum membranae involuta ventriculi formam refert, rotundam scilicet et oblongam: unde Germanis nostris, Magling dicta Tethya. Meatus crassior et amplior gulæ proportioni responderet, alter minor podici, in quo tamen, uti jam innuimus, nullum excrementum, quale in reliquis ostreis, vel echinacis, vel quod vocatur Mecotis sic Papaver (de quo in Mecconopaeignio nostro) spectetur aut continetur.

Cum digitis premuntur, aqua per meatus exilit, tanquam per syringam aut siphonem; unde in vernacula Sprügling audiunt,

diunt, qui tamen meatus aioquin sensus fugiunt. Ex eo, quod pressa Tethya aquam foraminibus sicut spongiae reddunt, spongias nominant Adriatici maris accolae, sponge vel secundum Belloniu[m] de Aquatilibus Spbunge; Germanis Schwämmling; quae vox pariter originem sumere potest a fungis, quoniam a Veteribus Tethya fungis adscripta: Sic enim Plinius Tethya fungorum verius generis, quam piscium. Locum Oribassi, qui fungis quoque assimilat, jam citavimus. Recentiores Graeci non amplius antiquo Grajo nomine *Tethya*, sed barbaro *Spberdole[s]* (forte a *sphaera*, unde et *vertibuli* nomen ortum traxisse videtur Theod. Gazae) nuncupant, teste Excell. Charlono. Onomast. Zoizo.

Ad species Tethyorum quod attinet, variae a solertissimo Aldrovando collectae et depictae sunt, qui tandem ingenue factetur, differre tantum forma, non alia parte singulari, ut meritorum species Tethyorum, quot formas statuere liceat; hinc malum Granatum, fungus marinus, aliaque, quae omnia ad Tethyorum referri possunt Classem. Optandum certe maxime, fore virum in Historia naturali versatum, in iis quae mari alluntur regionibus, qui hoc laboris suscipere, et ad ductum jam a nobis laudati van Heiden Anatomen intimorem Tethyorum conscribere vellet; nec enim nos studii hujus poeniteret, modo ad manus essent illa ipsa, quae hactenus rudi delineavimus penicillo, et quidem id eo fusius, ut Tethyorum Indicorum, quae Belilli suppeditant, natura eo clarius nobis appareat, et omnibus patcat, quantum a veterum Tethyis distent.

Cap. VI.

NVnc ad Tethya Indica, quae natales Belilli dant, deflectit calamus Amboinensis descriptionem nobis dedit Cl. Rumphius, amplissimae dignitatis Senator in Amboina, Hanoviensis Germanus, qui intima naturae adeo rimatus, ut nemo exactius enucleatusque historiam naturalem Indiae excoluerit, ideoque maxi-

maxime dolendum, ex Insularum Moluccarum naturali, quam
tot annis meditabatur historia, nil quam conchyliorum, ostracodermorum, lapidum figuratorum mineraliumque Amboinen-
sium superesse tantum Museum, quod in Belgica Lingua sub Tit.
d'Amboinische Raritact-Kabinet prodiit. Praeterea

Indica plantarum septem volumina scripsit,

Brutaque, quae terras, aëra aquasque colunt;

Et quae Vesta sinu parit, et penetralibus abdit,

Quaeque nota ferunt lucida regna poli.

Sed haec omnia jam in scripsiis elaborationi destinata, id
quod ipsemet testatur Ephem. Nat. Curios. Dec. II. Ann. I. Ob-
serv. XXI. p. 50. ingruente viri optimi coccitate, pro dolor pe-
riere, ut ex his oīl nisi reliquiae illae, quas laudatissimum Mu-
seum elegantissimis refectissimum figuris continet, supersic. In hujus
Liber. I. c. 39 p. 46. Tethyorum Amboinensem mentio fit, quam
ex Belgico Latine reddicam, et animadversionibus veterum Te-
thyorum interpolatam, Lect. Benevol. sistimus. Tethya, inquit,
sunt excrescentiae carnosae, quae saxis scopulisque istis firmiter
adhaerent, quae marina semper obteguntur aqua. Coloris sunt
incarnati, interdum repertu dantur coloris quoque rubri. Ari-
stoteles haec de colore habet: χρῶμα δὲ τῇ τηθύς ἐσὶ τὸ μὲν ὁχρόν.
τὸ δὲ ἐρυθρόν: Color autem Tethyorum, alias luteus, alias ruber; ad
quae verba Scholiastes Scaliger: Nihil castaneae similius, si hermo-
dactyli prius radicis formam praebeas. Pro luteo igitur colore, Rum-
phius Amboinenibus incarnatum tribuit, et porro scribit: sub-
stantiae sunt Tethya viscosae nervosaeque, variae diversaeque for-
mae; nonnullae instar frusti carnis in formis. Eadem mens Ari-
stoteli: Ανοιχθέντα δέ σωθεν, πρῶτον μὲν ύμεναι ἔχει νευρώδη περὶ τὸ σαρ-
κωδεῖς. ἐν δὲ τεύτῳ ἐσὶν αὐτὸ τὸ σαρκωδεῖς τῇ τηθύς. - - - αὐτὴ μέν
τοι καὶ σὰρξ πάσιν ὁμοία. Differenti ea tibi occurret primum me-
brana nervosa carnaceo corpori obducta; bac enim corpulen-
tum Tethyi continetur - - - suo in genere omnibus similis ejusmodi

caro. Esse autem *massam carneam informem*, Aristoteles pariter innuit: *ἄλλο δὲ οὐδὲν ἔχει μόριον, οὔτε ὀγκωνίαν, οὔτε κινητήσιον οὔτε σπερέλαχθη πρότερον εἰς ἄλλοις τῷ περιττωματινόν.* *Caeterarum partium, quae vel instrumenti nomine, vel officio sensuum, ac ne excrementa quidem cujusquam modi, qualia in aliis sunt, quicquam habet.* Scribit porro Plinius noster Amboinensis: variis incisuris praedita esse, nonnulla instar digitorum vel papillarum, unde illis nomen quoque Graecum impositum: foris laevia sunt et glutinosa, et si tangantur, motum aliqualem exhibent. Huc pertinet, quod Scaliger ad loc. modo citatum Aristotelis commentatus est: *ογκωνίαν* divisit ab *κινητήσιον* satis licenter: oculus certe instrumentum est, et lingua et aures et narres: sed intellexit, neque organa communia ad alias functiones, neque propria ad sensus. Et quia sensum tactus saltem habeat, necesse est, sed caro aut nervus, quamquam sint organa, ad tactum tamen non sunt organica. *Haec Scaliger. Circa motum scilicet Tethyorum dubius jam Aristoteles*, an plantis, an animantibus adscribere debuerit. *Tethyum* scribit et quicquid generis ejusdem est, quia adhaerendo tantummodo vivit, simile plantae est, sed cum aliquid habeat carnis, sensum aliquem habere videri potest. Et alibi Spongiis *Zoanthinea* vivaciora pronuntiat, hoc est animalium naturae propinquiora. Mox in contrariam dilabitur sententiam, et cum dixisset, nihil ipsis excrementi inesse; subdit: Ex quo sit potissimum, ut et hoc et quicquid simile in animalium genere est, planta jure appellari possit: nec enim planta ulla habet excrementum.

Si *Tethya Amboinensis* fortius premantur, uredinem quadam et titillationis sensum, veluti *Holothuria* exhibent. Interius nil aliud quam fistulae vasculosae aqua repletæ conspicuntur, e quibus veluti e papillis exprimi potest. Firmiter scopulis adhaereat, ut non nisi summa vi, uti jam de aliis *Tethys* observatum, separari possint. Dissecuit plurima Cl. Rumphius intus vere carnei coloris, quae per aliquod temporis spatiu[m] se ad-

bus

huc movebant. Si exponantur soli, instar corii corrugantur. Eadem de Tethyis, toties citatus laudatusque Historiae animalium Scriptor, Peripateticorum Princeps; τὸ δὲ ὅστρακον ἐσὶ μεταξὺ δέματος καὶ ὄστρακος. *Ejus natura enim est inter corium et testa media.* Ad hunc locum optime Paraphrastes Scaliger: Tubera non recte a quibusdam vocantur; non enim corio conduntur tubera, et aspera sunt; Tethya autem laevia. Si Graecam vocem velis sequi, mammillas vocare potes.

Cap. VII.

HAECENUS de Amboinensibus, quae tamen Belille non suppedit; nunc de illis quoque Indicis, e quibus medicamentum hoc optimae notae colligitur, et quidem e testimonio binorum auctoportarum, Academiae nostrae Nat. Curios. Collegarum. Sunt hi, jam saepius nobis memoratus Dn. Rumphius in Museo Amboinico, et Clar. Dn. D. Grimmius, qui pariter,

Longum iter extremos cum sit molitus ad Indos,
non alienae tidei vel famae, (quae tam ficti pravique tenacior est, quam recti conscientia) sed sensum stabilibus suffragiis, quaecunque ex amplissimo illo naturae theatro vel ipse in Iodiis observavit, vel a Veteranis Indigenis accepit, examini e praxi subjecit, inque Europam redux factus Ephemeridibus inter plura alia rariora, sub nomine universalis Medicinae Timorensium, Dec. II. Ann. III. p. 409. notitiam primam dedit.

Patria igitur Tethyorum ipsis est Insula Solor et Timor, non procul a Java distata, et quidem vicinia littoris Larentio sive que et maris profunditas sub monte ac templo Lahamase vel Lahamale occidentem versus ad V. vel VI. orgyas sub aquis. Scilicet ut Oppianus cecinit:

Ηδη καὶ διεροῖσιν εὐ νύχεοπόροιο θαλάσσης
Βένθετιν, αὐτόρρεκτα φύει καὶ αμήτορα φύλα
Τρίβυα.

*Jam etiam in humidis undosi maris
Gurgitibus a seipsis facta nascuntur sine matre sarcula,
Tethya.*

Radja Salomon Rex exul Regni Adimantatu, orientalis Insulae Timor litoris, qui cum Rumphio in Insula Amboina saepius locutus, et ab illo pro scientissimo Historiae naturalis habitus, ingenue professus est, in regione Solor, si non solum, optimae tamen notae Belille reperiti, familiasque nonnullas Solorenses existere, quibus rita ejus praeparatio nota. Sic Tethya quondam praestantissima Smyrna Asiatica, Aristotele teste, praebuit. Adnascuntur saxis scopolisque in Solorensi mari obviis ad 5. vel 6. orgyas firmiter, cultrisque acutissimis non integra Tethya, sed particulae tantum earum abscinduntur, quibus lapideae adhuc portiones adhaerere referunt. Plinius testatum reliquit: *Tetheae inveniuntur sugentes in foliis marinis: pro foliis Rondeletius Scopulis legit.*

E mari extracta haec substantia mucosa est, spermatis ranarum viscidiori et tenacioribus algis adhaerenti, (quod de Tethyis jam Nicander ex Xenocrate annotarunt) non dissimilis, nisi quod fusi sit coloris et cultris discindi queat. Aeri diutius exposita frustula aemulantur carnea, inferae rotundiora, superne longioribus papillis sive digitis instructa, coloris rubei, quo ipso ab Amboinensis coloris incarnati e Rumphii relatione, differunt. Haec Solorensia Tethya optime Rev. P. Nierembergius Hist. Natur. Libr. VI. c. 19. p. m. 101. ad ductum antiquitatis nominavit: *carunculas molles et rubentes*, quas quidem cum Plinio *cruorem* dicunt, cum etiam cum Athenaco *glandulas*.

A praeparationis diversitate binae *Belille* species oriuntur. Prima et optima est, quando integræ portiones a marinis scopolis abscissæ in aqua dulci sive fluminis ad despumationem omnem excoquuntur, quæ postea in longiora frusta, pollicem lata, glutinis lamellarum instar, vel lororum e corio discinduntur. Aptæ in hanc rem Aristoteles: ὅργανος ἐστι μέταξυ δέρματος καὶ ὄσφεων.

οὐγάνου διὸ καὶ τέμνεται ὁσπερ βύρσα συληφαί. *Natura est inter-cōrium et testam media.* Quare secari potest tanquam tergus durum. Quod ad lora e corio, quibus discissa Tethyorum Solorensum frusta similia pronuntiantur, attinget, maximus Scaliger haec adjungit; βύρσα solius bovis intellexit Theodorus Gaza. Sed βύρσοδέψις etiam alia interpolat coria. *Plutarchus* in Libro de virtutibus foeminarum pro culeo accipit: In oratione contra Phorminem Demosthenes utitur eo verbo, sed non propterea scimus, quid sit. Suidas pro quocunque δέματι, et ait σκυτοτόμον esse Attice, qui βύρσοδέψις Asiaticæ, a Paplagonia, βύρσα pro quolibet corio: quod notat doctissimus Poëta, cum *Byrsa* peregrinum nomen posuit. Hactenus Scaliger.

Belilli in frustis sive loris coriaceis externe colorem nigricantem mentitur, internus color ad viridem dilutiorem marinum vulgo dictum, nigro mixtum glutinis obscurioris instar accedit. Haec species *Dagin Belille* sive *caro Belilli* dicitur, nec ad nos usquam, quantum scio delata. Nec multum differunt a fuco marino, *Firome* et *Kouba* dicto, rupibus pariter marinis adnascente, qui genti post praeparationem totus esculentus quamvis quoque coriaceae sit substantiac.

Posterioris Belilli speciei praeparationem sequentibus Cl. Rumphio Ao. 1681. Dn. Jacobus a Wykersloot, summus in Insula Timor Belgarum praefectus, communicavit, quamque iisdem paene verbis repetit Cl. Grimmius in Ephemeridibus nostris. Minimas nempe particulas, ad confectionem *Dagin Belilli* haud idoneas, conquassant et contundunt, postea in aqua pluviali, usque dum non amplius massa spumescat, excoquunt, foeculentiam omnem subinde rejiciendo. Quod si ad justam exhalarit consistentiam, infundunt frustis excavatae arundinis Bamboes. Sunt haec ex arundine arborescente confecta *Tsiku*, vulgo *Take* et *Fatsku* Japonice dicta; cuius germina e radice pullulantia, sale et aceto macerata, additis allio et capsici siliquis inter condita, quae *Atsjaar* vocant, principe loco habentur, radi-

cesque

cesque effossae et a fibrarum verticulis liberatae, pro bacillis ser-
viant, quos manibus gestare solemus, vulgo *Rotang* dictis, uti
haec refert Excell. Kaempfer *Amoen. Exot.* Fascic. V. p. 898.

Frustis arundinaceis impacta massa, soli exponitur, usque
cum exsiccata fuerit, postea arundinaceos bacillos, *Dara Belilli* sive *sanguine Belilli* repletas fumo indurant, ut vermes, quibus merx haec adhuc recens obnoxia, enecentur. Posterior
haec species *Belilli* saepius adulteratur, cum Solorenses remedii
hujus collectores, nescio an invidia, an incuria ducti, debitam in
coctione et despumatione curam non adhibeant, sed impurita-
tum foeculentias, cum spuma removendas, relinquunt et inco-
guunt; unde debita remedii vis et efficacia infringitur.

Sapor tam Dagi quam *Dara Belilli* est salino-amaricans,
quamvis in priori specie amarities falsedoque praepolleat, hinc-
que etiam magis aestimetur. Ad amatorem ligni Colubrini ac-
cedit, ut nonnulli rasuram hujus ligni vel succum *Belilli* im-
mixtum esse crediderint; sed carnea frusta satis evincunt, ama-
ritatem tethys ipsis innatam esse; id quod jam veteres olim au-
notarunt in marino hoc concreto. Certe aerius degustanti sal-
sedo amaritiei praepollere videtur.

Cl. Rumphius, qui recentem substantiam *Belilli* in Indiis de-
gustavit, falsedinis saporem papillis linguae nerveis statim im-
primi refert, non insuavem tamen illique fere similem, qui ex esu
Sinensis Bolatsjang percipitur. Cum merx haec exotica pla-
ne in materia medica et culinis nostris incognita, brevem dabi-
mus ejus descriptionem.

Datur cancerorum minimorum (Krappen et Garnellen di-
ctorum) foetura, tantae parvitatis, ut vix pediculum aquet,
tantaeque multitudinis, ut marina, quae accedit litora, quasi san-
guine tincta appareant. Hanc cancerorum foeturam, expansis
linteis maxima copia colligere sciunt Javanenses, hancque Insu-
lam inhabitantes Japonenses, quam postea contundunt, sale con-
diunt, et in pulcem nomine *Bolatsjang* redigunt. Hac ex mas-
sa ro-

sa rotundas conficiunt placentulas, quas exteris in regiones mit-
tunt, vel condiendis admixto citri succo cibis, vel etiam aceta-
rii loco. Sinenses nomine *Kitsjap* massam talem quoque con-
ficiunt, Gari veterum vices supplementem.

Examen Chemicum ob remedii hujus raritatem carita-
temque instituere haud licuit, implevit tamen animum sciendi
cupidissimum Cl. Grimmii industria, qui in Indiis examini ig-
nis Belilli subjiciens, praeter sal quoddam volatile, oleum insu-
per aurei coloris copiose, cum exiguo sale acido fixo tanquam ex
corpore quodam animali obtinuit; ex qua partium analysi,
quam salutares inde effectus expectandi, conjici facile potest,
et ex sequentibus experientia comprobatis satis liquet.

Cap. VIII.

Innumera et portentosa hoc de medicamine referunt Timo-
renses et Solorenses, quae cum ut plurimum sublestae fidei
exstant, silentio involvimus, donec ulteriori investigatione et
experimento eorum magis illucescat veritas. Quae tamen par-
tim toties repetita virorum jam laudatissimorum in India pro-
pria experientia suggestit, partim a Barbaris precibus et pretio
extorta notitia, heic recensere placet. Commendatur summo-
pere in febribus ardentibus, quae hujus remedii usu per sudo-
res largissimos curantur: cavendum tamen, ne quis hoc phar-
maco utens, 3. vel 4. horas post usum potu se recreet, licet in-
tensissima sitis, quae ejus usum plerumque insequitur, excruciet;
ex assumto enim potu sudoris vim infringi autumant. Approp-
riata autem Digin et Dara Belilli vis et efficacia sese exerit in
Febribus putridis, quibus illi, qui in Insulas Solor et Tymor, caeden-
darum Santali arborum gratia navigant, corripiuntur. hincque Fe-
brium Tymorensum nomen obtinuere. Descripsit illas solide
Jacobus Bontius, Civitatis Bataviae novae in Insula Java Medi-

ous ordinarius, qui non ut auritus, sed oculatus potius testis, Indiae orientalis

- - - - - peragratae scripsit miracula Terrae.

Febris haec Tymorensis si continua sit, delirium et phrenitidem secum comitem etiam habet; sin per intervalla exasperetur, (nam remittit aliquando haec Febris, sed intermittit nunquam) ea exacerbatio plerunque est circiter quatuor horarum, qua durante ridiculas admodum actiones aegri edunt, imitantes ea opicia, quae sani exercuerunt, et omnia effutientes temere, quae in vita, tacenda loquendaque peregerunt, cum maximo adstantium risu. Adeo praeterea βέλιψος, ita ut dum in delirio sunt, omnia etiam foedissima dictu devorent, modo ipsis praebantur. Diversae ad productionem hujus mali causae concurrunt. Praecipua est situs hujus Insulæ; quippe decem circiter gradus a linea aequinoctiali versus meridiem sita est: sunt autem habitacula Incolarum in summis montibus, ubi propter aëris medium regionem, nebulæ et pluviosi existunt vapores, tum aliquando frigus adeo violentum, ac in Belgio esse solet; dum igitur his ex montibus frigidis descendunt Belgæ ad litus vel naves, ubi calor summus corpora urit, quid mirum, si ex subita hac aëris mutatione illud experiantur, cuius Ovidius meminit:

*Cum modo frigoribus, calido modo stringimur aestu,
Tempore non certo corpora febris habet.*

Accedit odor recenter caesarum santali arborum, quae fatentibus ipsis incolis, nescio quid virosum, et cordi maxime ac cerebro inimicum exspirant. Fructuum praeterea horiorum in his Insulis laete nascentium et luxuriantium, ingluviosa, a nautis fastidio maris, laboribus crassisque cibis prius exhaustis, ingestio fomiti hujus putridæ febris ansam praebent; ut alias quoque causas silentio

tio practicet; cum propterea febris hujus Tymorensis, alias inco-
gniti mentionem fusius injecerim, ut dilucidius pateat, supremum
et summe propitium Numen, huic febri avertruncandae, ceu en-
demio his Insulis malo, in Belilli generosum substituisse re-
medium.

Aëris Tymorensis et Solorensis constitutio nebulosa admo-
dumque gravis, acutissimas producit pleuritides sive dolores la-
teris punctorios, *tela* a Sereno Sammonico dictos, quod, testis Ido-
ro Orig. libr. 4. *corpus dolore instar gladii transverberet.* Hoc
in morbo Virtus Belilli admiranda, si praesertim Ligno pleuriti-
co, *Pavo de portado Lusitanis* dicto, (cujus notitiam Clar. Gram-
mius Ephem. Nat. Curios. Dec. II. Ann. I. Observ. 175. pag. 411.
nobis dedit) admisceatur. Quid? quod Plinius jam olim Te-
thia in cibo sumta pleuritide mederi testatus est Hist. nat. libr.
XXX. c. IX. Sect. XXX. p. 860. Edit. Harduinian.

Fertur esse Belille remedium praesentissimum in morbo Pitao. Indis dicto; cum paucis cognitum sit hoc morbi monstrum, da-
bimus descriptionem a Senatore Amstelodamensi splendidissimo
illustr. Commelino suppeditatam, quam ad Tom. X. Tab. LX.
Malabar. Hort. pag. 119. ad Plantam Kalengi Cansjavam adjun-
xit sequentibus: Pitao morbus orae Indicae et quidem Malaba-
rica Endemius est, ortum ducens a nimia corporis exercitatione,
immodica acidorum salsorumque ingluvie, Vini adusti, (quod
Arak vocant) uti et abusu ex Herba Betel, oryzae crudae, lapidum-
que masticatione larga et iterata phlebotomia, somno meridiano,
ex quo grumosus pituitosusque producitur sanguis, vires enervat
hic morbus, icterum inducit, in oculis imprimis conspicuum, ut et
in lingua, livescunt ungues, intumescunt pedes et facies, quae
omnia symptomata in hoc malo ab Incolis observantur. Huic
duro nodo hic cuneus aptus,

Est cholerae pariter in India deleteria species, quae febrim, Cephalalgiam viriumque imbecillitatem comitem habet: hanc *Mordexi* et *Mordechi* nominant, quam praeceteris accurate descriptis Cl. Dellen dans son Traité des maladies particuliers aux Indes orientaux chap. VI. p. 34. Hoc morbo correpti si ante XXIV. horas non evadant, succumbunt; hunc humorem effertum et quasi orgasmo ad superiora et inferiora delatum compescere, rem profecto haud exiguae facultatis esse, Cl. Piso in Histor. natur. et Medic. Brasil. judicat; egregius tamen in infensissimo hoc morbo sanguinis Belilli usus. Quamvis modo laudatus Dellenius affirmet, nullum in hoc morbo Mordechi praesentius existare remedium, quam applicationem ferri candentis subtilissimi in illam plantae pedis partem, quae maxime callosa; tamdiu inibi relieti, usque dum aeger admotum ferrum candens senserit. Incantamenti pariter loco hanc Indicam Choleram et colicam mitigare refert pulverem *Dsjosér* lingua vulgari, doctorum charactere *Wedusan* nuncupatum, Excell. Kaempfer. Amoenit. Exot. Fascic. tert. Observ. XI. p. 588.

In Colica omnibusque tormentibus, ob vim, quam possidet detergentem, flatusque discutientem, maxime ab Indis commendatur; hinc non sine ratione Plinius loc. saepius cit. scripsit: *Tethya tormentibus et inflationibus succurrere, et tenesmum dissolvere*; quod si Tenesmi molestissimam speciem, cuius Bontius et Piso meminere, abigat Belilli, omuem certe merebitur commendationem.

Nec in renum vitiis inefficax hoc remedium, quod de Tethyo pariter toties citatus Plinius refert. Maxime si Darae Belilli dosis in Infuso graminis cruciati assumatur, cuius stupendum in renum calculo effectum praedicat Cl. Bontius Hist. Natur. et Med. Indic. Or. Libr. VI. cap. 52. p. 148. in cuius laudem sequentes versus fudit:

Gramen

*Gramen ego quamvis vociter vilissima planta,
Sed tamen in morbis notus me praetulit usus,
Qui renes diro vexantque dolore vescam.*

Estque hoc gramen cruciatum Prosp. Alpin. Libr. I. de Plant. AEgypt. c. 40. quod non minus in Insula Java, ac in AEgypto luxuriat. De quo gramine uberior edisserens videri potest Neu-hofius en syne Gedenckwoerdige Zee en Land-Reysen , in fol. pag. 258. Cl. Grimmius summopere commendat in torninibus a partu, sanguinis coagulati resolutione et apostematibus internis. Forte caro marina est Tethyum, quem in torninibus a partu commendavit olim *Erotis*Juliae libertus , quem *Trotulam* vulgo nominant, et pro foemina habent, de quo in nostro Gy- necae medico.

In viscerum obstructionibus indeque orta atrophia , ob detergendi aperiendique efficaciam Indi commendant, quibus de Tethyo suffragatur Plinius l. 32. cap. 10. §. 867. Cachecticis, quorum corpus macie conficitur, tethea utilia sunt cum ruta et melle.

Praeter recensita haec mala, vis quoque alexiteria Belilli contra venena extollitur , cui Lusitani insuper radicem Lussa Radja adjungunt, de feliori effectu certissimi; hanc mixturam quippe Therinaceae vices supplere credunt, a qua nec odore nec sapore multum differt, id quod nobiliss. Rumphius retulit.

Nec in Asthmate ejus contemnendus usus ; hac tamen cautione adhibita , ne quis proximis cibis de limonum succo vel alio acido quid assumat, cum hoc absque instanti vitae periculo fieri haud queat, eodem, quem haec tenus laudavimus, Rumphio referente.

Do. Phil. de Vernattis Praef. in Java maj. in Transact. Anglic.

Mens. Jun. 1669. retulit, sanguinem pisces, cui nomen Belille, corrupte pro Belille, certissimum haberiri medium contra sanguinis fluxum.

Ad Modum quod attinet, quo medicamentum, a Lusitanis, qui primi auctores exticere, exhibetur, is est: scinditur massa arundinibus excavatis impacta, in taleolas cultri crassicie, prodosi unica. Communiauitur postea haec et conquaflatur in potu Arak dicto debilissimo vel Vino imo quoque spiritu vini in frigidis; ad debellandas febres autem in aqua simplici et probe commixtum mixtumque aegro propinatur, expectando sudorem.

Cum primitus hoc pharmacum Japoniae inferretur, tanto erat in pretio, ut quarta librae pars hujus Belilli Centum Tadt Argenti, sive 125. Thaleris constiterit, sed desit mox raritate caritas, praesertim cum Digin Belilli postea, species cenuior Darae Belilli successerit.

Hoc ad nos ante viginti et plures annos a solertissimo Dom Storffio, Amsterodamenfi Pharmacopoco, transmissum B. Stoeberlino medicamentum moderato constitit pretio, nunc summo vix obtinendum. In colica aliquoties Elaeo- Saccharo Corticum Aurantiorum mixtum summo cum emolumento exhibitum memini, a beatissimae memoriae Medico, Septimo Andrea Fabricio, felicissimo quondam Patriae nostrae Practico.

Vocabar et ego ad aegrum miserrime decubentem, sive potius dolore colico *alligatum*, qua voce huic morbum graphicè exprimit Aulus Gellius in Noct. Attic. Maximi circa hypochondria cruciatus, quo ipso, qualis revera esset affectus, mihi se probabat. Ostendit enim autopsia, Colon e dextris inanibus se elevare ad cava hepatis et contactum vesiculae, hinc sub ventriculi fundo transversim pergere ad confinia lienis, et hinc deorsum, iterum-

que

que sursum ad renem, tandem ad rectum descendere. Omnis-
bus in intestinis perpetua erant vermina, vel ut Hippocrates no-
ster III. Epid. II. 6. loquitur *σρόφαι ξυνεχέες*, ex vellicatione nem-
pe fibrarum longitudinalium et circularium; toiusque abdo-
minis dolor ita ut ne digiti quidem tactum tulerit, confirma-
ritque veritatem illius dicti: *aliquid mali esse propter vicinum
malum.* Ventriculus semper ad potulentorum emesin pro-
nissimus erat; *ερα λεπτὰ καὶ ἀπεπτα, καὶ αὔχεος*, secundum Coum no-
strum II. Epid. I. 25. alvus tamen utcunque respondebat. Cum
inspasmودico hoc affectu saepius Liquoris Cornu Cervi succi-
nati efficaciam, tanquam alcalino-salsi remedii expertus essem,
et Belilli buic analogum crederem medicamentum, exhibui re-
petita Fabriciana jam suffultus experientia, rationeque insu-
per munitus, felicissimo subsecuto successu; sub hasta enim
morbi venditus quasi aeger, natura allaborante, imo benedi-
cente DEO veluti manumissus, sanitati iterum assertus est et li-
bertati, quam cum illa perdiderat, ut venuste, phrasim me-
dicorum, *a morbo liberatus* circumscriptis et interpretatus est
eruditissimus Antonides. Nec me fefellit in iliaco volvulo Be-
lli usus. In Febribus aliquoties exhibitum hoc remedium since-
riores ChineaeChinae effectus praestitit. Ulteriores explorandi vi-
res, raritas Medicamenti hujus nobis ademit, cum nunc nullibi in
Europa nostra fere repertu detur, quod cum Radice Mungos pro-
pediem fiet, nisi ex India orientali felicibus velocibusque adve-
hatur velis.

Sufficient haec, nec enim animus, de remedio nondum crebrio
usu et experientia apud nos Europaeos firmato plura scribere ea in
arte praesertim, ubi frequentissime fallacia non causae pro causa re-
gnat:

gmat: metuo enim ne rebus sic stantibus mihi quis objiciat, me eis dō.
 Ξανμάλλον ὁι τὰ ληθὲς αποβλέπειν, opinionem magis quam veritatem
 spectare, ut de multis ex vero notat Manuel Imp. c. LXXXIV.

Vela ergo contrahentes, mari Tethyorum
 matre relieto :

Tendendo ad portum superatas linquimus undas.

T A N T V M.



